



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Daniel Proph. 12. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

phæum posuerunt Crucem mirèsplendentem, & è cuius apice columba solatia dedit & omnibus vulneribus medicinam. Triumphum hunc primum ornarunt XV. millia hominum in libertatem Christianam è Deorum servitute, asserta. Non multò post iterum pugnatum, & in triumphum ducti ignis & aqua. Nam & faces ardentes pectora admotas in sancti amoris flammis, & aquas, in quas abjecta erat, in baptismum vertit DEVS. Itsum ergo triumphanti columba illa divina palmam coronam imposuit. Invidit Olybrius, & caput laureatum gladio abstulit. Sed imprudens alteram coronam adiecit. *Ex Surio & Lippeloo.*

Diabolica tentationis tibi proponuntur exempla: ut & ipse contra hostis callidi deceptoris insidias feliciter evigiles, & dum te delectat aliorum audite victorias, ipse te per languidi corporis ignaviam non remittas. S. Pet. Dam. l. 6. Ep. 21.

S. DANIEL PROPH. 12. Iulij.

Agite Mariani, si virtutis ardua, si tesqua piget calcare, ecce ille magnorum regum vates, ille leonum & adeo Deorum domitor per pomant illuc vos ducet, vos modò ne oculos otiosos afferte, sed obambulando ipsum pudicitie florem Susannam spectate. Annè videtis, uti nec formæ decor, nec locus solus, nec blanditiæ minervè huc possint decerpere? nempe sola non fuit, quæ secum in oculis ubique Numen circumtulit. Certe hoc suis in oculis Susannæ tulit. Etenim, agite modò capita scelestæ, eja populum in vestram perniciem cogite, accusate innocentiam damnandi puero senes. Et, quid tu ais? scelus, ubi facinus pertratum? sub *schino*. euge! & tu Orci silicernium

ubi sub primo papæ! neque mentiri scitè didicistis.
 Io! Innocentia triumphas, nunquam patrono cates.
 At vos capulares Veneris columbos jam lapidan-
 tium manus palpabunt. quid saxa, quid moras tra-
 hitis? obruite eja improbas Cupidini victimas. E-
 pitaphium ego dabo. SVB SAXIS AMOR HIS IA-
 CET SEPULTVS, Ex Dan. ipso.

*Differunt quidem inter se homo pudicus & An-
 gelus, sed felicitate, non virtute: ille castitas feli-
 cior, huius tamen fortior esse cognoscitur; sola est ca-
 stitas, qua in hoc mortalitatis loco & tempore sta-
 tum quendam immortalis gloria representat. S.
 Bern. ep. 43.*

S. DANIEL ABB. 21. Julij.

Impetraverat à Deo DANIEL heredem viro;
 quo cum illi hospitij familiaritas intercesserat.
 Itaque hic eum patronum, at malevoli patrem
 etiam pueri vocabant. Sed pro innocentia pro-
 nuntiavit Innocentia altera. Infans nuper natus,
 qui iussus à DANIELE patrem palma edicere, di-
 gito in verum parentem conjecto, *Hic agebat, pater
 meus est*, atque ita simul patronum suum absol-
 vit, simul calumniatores improbos damnavit. Sub
 hæc cum DANIEL Eulogium latonum cerneret
 in egentes præ aliis pium, precari apud Deum in-
 stitit, plures opes submitteret tam bene prodigo.
 Et annuere DEVS est visus si pro Eulogio sponde-
 ret, divitias fraudi, morum integritati non futu-
 ras. Convenit, spondit DANIEL. Igitur Eulo-
 gius cum saxis thesaurum eruit, ad aulam abit,
 honores mercatur, struit palatia, emittit mancipia,
 splendide ac lautè victitat. Adest DANIEL of-
 ficij sui amicum commonefacturus, sed surdam
 ad pauperis vocem januam reperit, verberibus
 pro